Gnosi Mariti sui redibunt et devolvi debebunt. Actis suis p[rae]sentibus personalibus Recognitionibus ad p[rae]missa mediantibus.

Nobilis Rytarowski Gnoso Rzemuski Sortem Obligat

Coram Officio et Actis p[rae]sentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus personaliter Comparens Nobilis Joannes Rytarowski sanus mente et corpore existens à Terris, Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo p[rae]senti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad Actum modernum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua propria et haereditaria infrascripta Videlicet Laboriosum Kost Kalakunik in quarta Agri parte residentem, in Villa Rytarowice Terra et Districtu p[rae]senti Praemysliensi consistens cum eadem ipsa agri quarta parte Cum Omni p[rae]missorum Iure Dominio, Proprietate, tituloq[ue] Obligatario, omnibusq[ue] et singulis Bonorum eorundem Utilitatibus fructibus Proventibus redditibus Commodis emolumentis Subditi quoq[ue] supratti Laboribus, Censibus, dationibus, Vecturis munis et obsequiis quibusvis attinentiisq[ue] et pertinentiis generaliter Universis Nihil ex p[rae]missis Iuris Dominij Proprietatis ac cuiusvis Competentiae et Praerogativae pro se Recognoscente suisq[ue] successoribus aut alio quopiam reservando seu excipiendo Verum ita late longe circumferentialiterq[ue] prout p[rae]fatorum Bonorum haereditatem ipsemet Recognoscens tenuit, habuit et possidebat, ipsumq[ue] concernebant ac eidem legitime Serviebant Iam exnunc et defacto Generoso Georgio Rzewuski eiusq[ue] posteris in summa Centum florenorum polonicalium realiter per se Recognoscentem levata et percepta de qua p[rae]sentibus quietatur hinc et ab actu p[rae]senti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post Annum proxime tunc Venturum incidens

et in defectu praemissorum eorundem Bonorum exemptionis Summaeque memoratae Centum florenorum polonicalium totalis et integrae realis persolutionis extunc de Anno ad Annum Festo ad Festum pro simili die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli sese determinant Annis, et Festis sese continue et immediate Sequentibus usque ad Exemptionem bonorum eorundem, Summaeque memoratae totalis et integrae realem persolutionem obligavit, inscripsit et invadiavit, prout obligat inscribit et invadiat praesentibus. In quae quidem Bona supra scripta praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem Obligata et invadiata tam exnunc et de facto is idem Recognoscens Nobilis Joannes Rytarowski Illi praefato Generoso Georgio Rzewuski Obligatario suo et eius posteris coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerit efficaciter auepstandam. Per ipsum Ipsum Obligatarium suum et illius posteros haec eadem Bona praemissaque omnia praesentibus invadiata Cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus attinentiisque et pertinentiis generaliter Universis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice Utifruendi ac ad Usus suos suorumque Successorum quosvis beneplacitos Libere et effectualiter convertendi modo ac Jure Obligatorio. Debet et tenebitur memoratus Recognoscens prout se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter Omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis eidem Obligatario suo inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius Successores in dictis Bonis praemissisque omnibus praesentibus per se Recognoscentem invadiatis et ratione eorundem Omnium ab Omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque Conditionis Status et Sexus cuiusvis existentium exorienda in Omni Judicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere, et eliberare, indemnem cum posteris reddere, Necnon haec eadem bona praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem Obligata et invadiata ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus

prioribus

prioribus, et posterioribus super præmissa omnia modo quouis cuiuscunque personarum factis et faciendis, tum etiam a quibusuis Citationibus in eadem Bona suprascripta modo quocunque importatis, et importandis Lucris denique et perlucris Processibusque Iuris quibusuis in quocunque fundo et gradu Iuris dependentibus et in quouis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super præmissis omnibus præsentibus obligatis productis et producendis emundare, et eliberare, mundaque et libera semper facere ac etiam Intromissionem præfatam Coram Officio præsenti admissam in fundo Bonorum præfatorum præsentibus inuadiatorum dum per Ministerialem, et Nobiles duos Officiose requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem Possessionem et Usumfructum præmissorum omnium præsentibus inuadiatorum quouis modo tam per se quam per suas quasuis Submissas, et Subordinatas personas non præpedire nec adimere ipsumque Gnosum Obligatarium suum et illius posteros in præmissis Omnibus præsentibus obligatis nullo modo iniuriari ita ut hæc eadem Bona præmissaque omnia præsentibus inuadiata idem Obligatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice præsentis Inscriptionis Obligatoriæ Vigore, tenere habere et possidere queant, illisque uti frui possint usque ad exemptionem Bonorum eorundem Summæque memoratæ totalis et integræ realem et effectiuam persolutionem idque Sub Vadio simili Summæ Centum florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem Nobilem Ioannem Rytarowski siue eius posteros supratacto Gnoso Georgio Rzewuski Obligatario suo siue illius Successoribus, ob non completionem præmissorum Omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum Succumbendo Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad soluendum Succubito ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa complenda Citatus existens memoratque Recognoscens Nobilis Ioannes Rytarowski siue eius Successores

ad instantiam Generosi Georgii Rzewuski Obligatarij sui vel illius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliensis ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juridice respondere Vadium contractum luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem Omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate pro maiori minorennitate Successorum, legatione intra Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad euictorem vel aliis quibusuis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra primos et proximos Officiy praefati Castrensis Praemysliensis terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones apellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis evadendo Ita ac sua praesenti personali recognitione ad praemissa Omnia mediante.

Actum in Castro Praemysliensi Feria Quarta pridie Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini Anno Eiusdem Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

11/VI

Nadarski Brzescianskiemu Cedit.

Coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibusque Praemysliensis